

TOMAS DE AQUINO

Tratado de la Templanza

De la humildad 2-2

(q.161 a.1, 2, 3, 4, 5 y 6)

SEGUNDA PARTE
DE LA
SUMA TEOLOGICA

SECCION SEGUNDA

De las virtudes y de los vicios en particular

- 1) Virtudes que pertenecen a todos los estados del hombre. Vicios opuestos.
- 2) Virtudes propias de determinados estados.

TOMO VII

Tratado de las virtudes teologales:
fe, esperanza y caridad

TOMO VIII

Tratado de las virtudes cardinales:
prudencia y justicia

TOMO IX

Tratado de la religión
Tratado de las virtudes sociales
Tratado de la fortaleza

TOMO X

Tratado de la templanza
Tratado de la profecía
Tratado de los distintos géneros
de vida y estados de perfección

T65586

1984-63

TOMO X

11.10.22
TRATADO DE LA TEMPLANZA

VERSIÓN E INTRODUCCIONES DEL PADRE

FR. CANDIDO ANIZO, O. P.
PROFESOR DE TEOLOGÍA EN LA FACULTAD DE PP. DOMINICOS DE SALAMANCA

TRATADO DE LA PROFECIA

VERSIÓN E INTRODUCCIONES DEL PADRE

FR. ALBERTO COLUNGA, O. P.
PROFESOR DE SAGRADA ESCRITURA EN LA PONTIFICIA UNIVERSIDAD DE
SALAMANCA Y CONSULTOR DE LA PONTIFICIA COMISIÓN BÍBLICA

TRATADO DE LOS DISTINTOS
GENEROS DE VIDA Y ESTADOS
DE PERFECCION

VERSIÓN DEL PADRE

FR. JESUS GARCIA ALVAREZ, O. P.

INTRODUCCIONES DEL PADRE

FR. ANTONIO ROYO MARIN, O. P.
PROFESOR DE TEOLOGÍA EN LA FACULTAD DE PP. DOMINICOS DE SALAMANCA

De la humildad 2-2

lf. 1 (1 2.1, 2, 3, 4, 5, 6)

BIBLIOTECA DE AUTORES CRISTIANOS
MADRID . MCMLV

aplicó ya repetidas veces en la clasificación de los órdenes, etc. Esos tres grados son: principio, medio y fin. El grado mínimo de humildad, que corresponde al grado mínimo de la vida espiritual, que es todo el recorrido de la vida espiritual hasta la unión perfecta con Dios, y grado último, propio de las altísimas cumbres de transformación en Cristo. Claro está que en ese camino, entre principio y fin, cabe una gama indefinida de estados, y que el estancamiento es impropio de la virtud.

Santo Tomás pone especial cuidado, con hermosas sugerencias, en determinar la precisión de los doce grados enumerados por San Benito, y a ellos reduce la división de San Anselmo, de la Glosa y de San Agustín. Pueden verse todas ellas en la obra del P. Antonio Royo *Teología de la perfección cristiana* (BAC) p.628ss.

CUESTION 161

In sex articulis divisae

De humilitate

De la humildad

Deinde considerandum est de speciebus modestiae (cf. q.160 introd.). Et primo, de humilitate, et superbia (q.162), quae ei opponitur: secundo, de studiositate (q.166), et curiositate sibi opposita (q.167); tertio, de modestia secundum quod est in verbis vel factis (q.168); quarto, de modestia secundum quod est circa exteriorem cultum (q.169).

Circa humilitatem quaeruntur sex.

Primo: utrum humilitas sit virtus.

Secundo: utrum consistat in appetitu, vel in iudicio rationis.

Tertio: utrum aliquis per humilitatem se debeat omnibus subicere.

Quarto: utrum sit pars modestiae vel temperantiae.

Quinto: de comparatione eius ad alias virtutes.

Sexto: de gradibus humilitatis.

Vengamos al estudio de las especies en que se divide la modestia. Comencemos por la humildad y su vicio opuesto, la soberbia; luego, la virtud de la studiosidad y su vicio opuesto, la curiosidad; en tercer lugar, la modestia en palabras y obras, y, por fin, la modestia en el aparato exterior.

Acerca de la humildad proponemos seis artículos:

Primero: si la humildad es virtud.
Segundo: si radica en el apetito o en la razón.

Tercero: si por humildad debe uno someterse a todos.

Cuarto: si es parte de la templanza o modestia.

Quinto: relación que guarda con las otras virtudes.

Sexto: los grados de humildad.

ARTICULO 1

Utrum humilitas sit virtus

Si la humildad es virtud

Dificultades. Parece que la humildad no es virtud.

1. La virtud tiene razón de bien, mientras que la humildad es un castigo. Al menos así lo confiesa el Salmo: "Fueron humillados en el cepo sus pies". Luego la humildad no es virtud.

2. Virtud y vicio son conceptos contrapuestos. La humildad hay veces que tiene sentido de vicio, como cuando decimos: "Se humilla como un malvado". Luego la humildad no es virtud.

3. Las virtudes no se oponen mutuamente. En cambio, la humildad se opone a la magnanimidad, pues ésta aspira a cosas grandes, y aquélla las rehuye. Luego la humildad no es virtud.

4. La virtud es "disposición del ser perfecto", mientras que la humildad es propia de los imperfectos, no pudiendo aplicarse a Dios, quien no puede humillarse ni someterse a otro poder. Luego la humildad no es virtud.

5. "Toda virtud moral se ocupa de acciones y pasiones". Como la humildad no aparece entre las virtudes que regulan las pasiones ni entre las partes de la justicia que moderan las acciones externas, síguese que no es virtud.

Por otra parte está la autoridad de Orígenes en su comentario al texto evangélico: "Se fijó en la humildad de su sierva: En la Escritura, la humildad se cuenta como virtud, incluso

Ad primum sic proceditur. Videtur quod humilitas non sit virtus.

1. Virtus enim importat rationem boni. Sed humilitas videtur importare rationem mali poenalis: secundum illud Ps. 104,8: "Humiliaverunt in compeibus pedes eius". Ergo humilitas non est virtus.

2. Praeterea, virtus et vitium opponuntur. Sed humilitas quandoque sonat in vitium: dicitur enim Eccli. 19,23: "Est qui nequiter se humiliat". Ergo humilitas non est virtus.

3. Praeterea, nulla virtus opponitur alii virtuti. Sed humilitas videtur opponi virtuti magnanimitatis, quae tendit in magna: humilitas autem ipsa refugit. Ergo videtur quod humilitas non sit virtus.

4. Praeterea, virtus est "dispositio perfecti", ut dicitur in VII "Physic."¹ Sed humilitas videtur esse imperfectorum: unde et Deo non convenit humiliari, qui nulli subici potest. Ergo videtur quod humilitas non sit virtus.

5. Praeterea, "omnis virtus moralis est circa acciones vel passiones", ut dicitur in II "Ethic."² Sed humilitas non connumeratur a Philosopho inter virtutes quae sunt circa passiones³: nec etiam continetur sub iustitia, quae est circa acciones. Ergo videtur quod non sit virtus.

Sed contra est quod Orígenes dicit⁴, exponens illud Lc. 1,48, "Respexit humilitatem ancillae suae": "Proprie in Scripturis una de virtutibus humilitas praedicatur: ait quippe Salvator, "Discite

a me, quia mitis sum et humilis corde".

Respondeo dicendum quod sicut supra dictum est (1-2 q.23 a.2), cum de passionibus ageretur, bonum arduum habet aliquid unde attrahit appetitum, scilicet ipsam rationem boni, et habet aliquid retrahens, scilicet ipsam difficultatem adipiscendi: secundum quorum primum insurgit motus spei, et secundum aliud motus desperationis. Dictum est autem supra (1-2 q.61 a.2) quod circa motus appetitivos qui se habent per modum impulsione, oportet esse virtutem moralem moderantem et refrenantem: circa illos autem qui se habent per modum retractionis, oportet esse virtutem moralem firmantem et impellentem. Et ideo circa appetitum boni ardui necessaria est duplex virtus. Una quidem quae temperet et refrenet animum, ne immoderate tendat in excelsa; et hoc pertinet ad virtutem humilitatis. Alia vero quae firmat animum contra desperationem, et impellit ipsum ad prosecutionem magnorum secundum rationem rectam: et haec est magnanimitas. Et sic patet quod humilitas est quaedam virtus.

Ad primum ergo dicendum quod, sicut Isidorus dicit, in libro "Etymol."⁵, "humilis dicitur quasi humi acclinis", id est, imis inhaerens. Quod quidem contingit dupliciter. Uno modo, ex principio extrinseco: puta cum aliquis ab alio delicitur. Et sic humilitas est poena.—Alio modo, a principio intrinseco. Et hoc potest fieri quandoque quidem bene: puta cum aliquis, considerans suum defectum, tenet se in infimis secundum suum modum; sicut Abraham dixit Dominum, Gen. 18,27: "Loquar ad Dominum meum, cum sim pulvis et cinis". Et hoc modo humilitas ponitur virtus. Quandoque autem potest fieri male: puta cum "homo, honorem suum non intelligens, comparat se iumentis insipientibus, et fit similis illis" (Ps. 48,13).

como virtud propia del Salvador, que dice: Aprended de mí, que soy manso y humilde de corazón".

Respuesta. Hablando de las pasiones, dijimos que el bien arduo reúne dos cualidades: una que nos atrae, la razón de bien; otra que nos retrae, la dificultad para conseguirlo. El primer aspecto da lugar a un movimiento de esperanza; el segundo, a un movimiento de desesperación. También expusimos ya que, para moderar esos movimientos o impulsos en busca del bien, necesitábamos una virtud moral que nos sirviera de freno, y otra para dar firmeza de ánimo y valor, a fin de resistir al movimiento de alejamiento. Por consiguiente, en torno al apetito del bien arduo se precisa una doble virtud: la primera, para moderar y refrenar el espíritu a fin de que no aspire desmedidamente a cosas altas, misión que cumple la humildad; la segunda, que dé firmeza al ánimo contra la desesperación y le empuje a la consecución de los grandes bienes conforme a la recta razón. Esta función se confía a la magnanimidad. Luego la humildad es virtud.

Soluciones. 1. "Humilde, explica San Isidoro, equivale a pegado a tierra", adherido a ella. Esta adherencia puede alcanzarse por dos medios: primero, en virtud de un principio extrinseco; por ejemplo, cuando otro nos hace besar el polvo. En este caso, la humildad es pena.—Segundo, en virtud de un principio intrinseco que nos inclina bien o mal. Bien, por ejemplo, cuando, convencido de sus defectos, el hombre se reconoce pequeño, como Abrahán cuando dijo: "Hablaré a mi Señor, yo que soy polvo y ceniza". En estas condiciones, la humildad es virtud. Mal, como cuando el hombre, "no dándose cuenta de la propia dignidad, se compara con los jumentos y se hace semejante a ellos", conforme a la expresión del Salmo.

¹ C.3 n.4 (BK 246a13): S.Th., lect.3.

² C.3 n.3 (BK 1104b13): S.Th., lect.3.

³ Ethic 2 c.7 (BK 1107a28): S.Th., lect.3.9.

⁴ In Lc. homil.8: MG 13,1821.

2. La humildad, como virtud, significa cierto laudable rebajamiento de sí mismo. Esto puede hacerse a veces por puro formulismo exterior e hipócrita, cual acontece en la "falsa humildad", que, en palabras de San Agustín, es "una gran soberbia", pues se busca la propia gloria.—Otras veces se adopta dicha actitud por convencimiento interior. Esto es verdadera virtud, ya que la virtud consiste principalmente en el juicio interior de la mente, como enseña Aristóteles, no en las manifestaciones externas.

3. La humildad reprime el apetito a fin de que no aspire a cosas que superan el recto orden de la razón. La magnanimidad nos impulsa a lo grande, pero presidido por la inteligencia. No se opone, pues, a la humildad, sino que ambas convienen en someterse al dictamen de la razón.

4. Hay dos clases de perfección. Una absoluta, carente de todo defecto, tanto en sí mismo como en relación con los otros seres. En este sentido, sólo Dios es perfecto, y en Él no cabe humillación sino en virtud de la naturaleza asumida.—Pero puede hablarse también de una perfección relativa, es decir, perfección según las exigencias de la propia naturaleza, del tiempo, del estado, etc., en cuyo caso el virtuoso es perfecto, aunque su perfección, comparada con la de Dios, es una sombra nada más. "Todas las cosas, delante de Dios, son como si no existieran", dice Isaias. Existe, por tanto, un motivo de humillación en el hombre.

5. Aristóteles no se preocupó de señalar sino las virtudes que se refieren a la vida civil, en que se determina perfectamente la sujeción de unos miembros a otros conforme

Ad secundum dicendum quod, sicut dictum est (ad 1), humilitas, secundum quod est virtus, in sui ratione importat quandam laudabilem deiectionem ad ima. Hoc autem quandoque fit solum secundum signa exteriora, secundum fictionem. Unde haec est "falsa humilitas": de qua Augustinus dicit in quadam epistola⁶, quod est "magna superbia", quia scilicet videtur tendere ad excellentiam gloriae.—Quandoque autem fit secundum interiorem motum animae. Et secundum hoc humilitas proprie ponitur virtus: quia virtus non consistit in exterioribus, sed principaliter in interiori electione mentis, ut patet per Philosophum, in libro "Ethicorum"⁷.

Ad tertium dicendum quod humilitas reprimit appetitum, ne tendat in magna praeter rationem rectam. Magnanimitas autem animum ad magna impellit secundum rationem rectam. Unde patet quod magnanimitas non opponitur humilitati, sed conveniunt in hoc quod utraque est secundum rationem rectam.

Ad quartum dicendum quod perfectum dicitur aliquid dupliciter. Uno modo, simpliciter: in quo scilicet nullus defectus invenitur, nec secundum suam naturam, nec per respectum ad aliquid aliud. Et sic solus Deus est perfectus: cui secundum naturam divinam non competit humilitas, sed solum secundum naturam assumptam.—Alio modo potest dici aliquid perfectum secundum quid: puta secundum suam naturam, vel secundum statum aut tempus. Et hoc modo homo virtuosus est perfectus. Cuius tamen perfectio in comparatione ad Deum deficiens invenitur: secundum illud Is. 40.17: "Omnes gentes, quasi non sint, sic sunt coram eo". Et sic cuilibet homini potest convenire humilitas.

Ad quintum dicendum quod Philosophus intendebat agere de virtutibus secundum quod ordinantur ad vitam civilem, in qua subiectio unius hominis ad alterum secundum legis ordinem de-

terminatur, et ideo continetur sub iustitia legali. Humilitas autem secundum quod est specialis virtus, praecipue respicit subiectionem hominis ad Deum, propter quem etiam aliis humiliando se subiecit.

a la justicia legal. Pero la humildad, como virtud especial, considera principalmente la sujeción del hombre a Dios, en cuyo honor se humilla sometiéndose incluso a otros.

ARTICULO 2

Utrum humilitas consistat circa appetitum

Si la humildad radica en el apetito

Ad secundum sic proceditur. Videtur quod humilitas non consistat circa appetitum, sed magis circa iudicium rationis.

1. Humilitas enim superbiae opponitur. Sed superbia maxime consistit in his quae pertinent ad cognitionem. Dicit enim Gregorius, XXXIV "Moral."⁸, quod "superbia, cum exterius usque ad corpus extenditur, prius per oculos indicatur"; unde etiam in Ps. 130.1 dicitur: "Domine, non est exaltatum cor meum, neque elati sunt oculi mei": oculi autem maxime deserviunt cognitioni. Ergo videtur quod humilitas maxime sit circa cognitionem, quam de se aliquis aestimat parvam.

2. Praeterea, Augustinus dicit, in libro "De virginit."⁹, quod "humilitas paene tota disciplina Christiana est". Nihil ergo quod in disciplina Christiana continetur, repugnat humilitati. Sed in disciplina Christiana admonemur ad appetendum mellora: secundum illud I ad Cor. 12.31: "Aemulamini charismata mellora". Ergo ad humilitatem non pertinet reprimere appetitum arduum, sed magis aestimationem.

3. Praeterea, ad eandem virtutem pertinet refrenare superfluum motum, et firmare animum contra superfluum retractionem: sicut eadem fortitudo est quae refrenat audaciam, et quae firmat animum contra timorem. Sed magnanimitas firmat ani-

Dificultades. Parece que la humildad no está en el apetito, sino en la razón.

1. La humildad se contrapone a la soberbia, vicio de orden cognoscitivo, como enseña San Gregorio. La soberbia se trasluce al exterior por los ojos primeramente, según testimonio del Salmo: "Señor, mi corazón no se ha ensoberbecido ni mis ojos se han erguido", y ya sabemos que los ojos sirven para el conocimiento más que para otra cosa. Luego la humildad pertenece más bien al conocimiento por el que uno piensa de sí mismo con cierta baja.

2. "La humildad inunda el campo de la doctrina cristiana", dice San Agustín, de suerte que nada se encuentra en ésta que contradiga a esta virtud. Como en la doctrina cristiana se nos manda "aspirar siempre a mejores dones", según atestigua San Pablo, síguese que no es propio de la humildad reprimir el apetito de bienes arduos, sino más bien reprimir el estimarlos como tales.

3. Es una misma la virtud que refrena los movimientos superfluos y la que da firmeza de espíritu contra la huida cobarde. Así vemos, por ejemplo, que la fortaleza refrena la audacia e infunde fuerzas contra el temor. Como sabemos ya que la mag-

⁶ C.22: ML 76,743.

⁹ C.31: ML 40,413; cf. *Serm. ad popul.* serm.351 c.3: ML 30,1538.

⁶ Ep.149 *Ad Paulinum* c.2: ML 33,642; cf. *De virginit.* c.43: ML 40,422.

⁷ L.2 c.5 n.4 (BK 1106a3): S.Th., lect.5.

nanimidad comunica energías para superar las dificultades que sobrevengan en la búsqueda de los grandes bienes, si la humildad refrenara también el apetito de cosas grandes, se seguiría que la humildad no se distingue de la magnanimidad, conclusión que resulta inadmisibile. Luego la humildad no tiene por objeto el deseo de grandes cosas, sino la estimación de las mismas.

4. Andrónico señaló como objeto de la humildad el aparato exterior, pues dice que es "el hábito de no excederse en gastos y preparativos". Luego no está en el apetito.

Por otra parte, afirma San Agustín que "humilde es quien prefiere ser despreciado en la casa del Señor a morar en los palacios de los pecadores". Como esta libre elección es acto del apetito, síguese que la humildad se contrae más al apetito que a la estimación.

Respuesta. La característica de la humildad es matar los deseos de lo que excede las propias facultades. Para conseguir esto, hace falta que cada cual conozca lo que le falta para alcanzar la perfección de la virtud. Por consiguiente, el conocimiento de los propios defectos pertenece a la humildad, como norma directiva del apetito; pero ella esencialmente está en el apetito, como moderadora del mismo.

Soluciones. 1. La mirada altanera es signo de soberbia, porque excluye la reverencia y el temor, que hacen a los hombres ir con la mirada hundida en el suelo, no atreviéndose a compararse con nadie. Pero de ahí no se concluye que la humildad, esencialmente, pertenezca al orden cognoscitivo.

¹⁰ De affect.: de temperantia.

¹¹ Serm. ad popul. serm.351 c.1: ML 39,1536.

mum contra difficultates quae accidunt in prosecutione magnorum. Si ergo humilitas refrenaret appetitum magnorum, sequeretur quod humilitas non esset virtus distincta a magnanimitate. Quod patet esse falsum. Non ergo humilitas consistit circa appetitum magnorum, sed magis circa aestimationem.

4. Praeterea, Andronicus ponit humilitatem circa exteriorem cultum: dicit enim ¹⁰ quod humilitas est "habitus non superabundans sumptibus et praeparationibus". Ergo non est circa motum appetitus.

Sed contra est quod Augustinus dicit, in libro "De poenit." ¹¹: "quod humilis est 'qui elegit ablicci in domo Domini, magis quam habitare in tabernaculis peccatorum'. Sed electio pertinet ad appetitum. Ergo humilitas consistit circa appetitum, magis quam circa aestimationem.

Respondeo dicendum quod, sicut dictum est (a.1), ad humilitatem proprie pertinet ut aliquis reprimat seipsum, ne feratur in ea quae sunt supra se. Ad hoc autem necessarium est ut aliquis cognoscat id in quo deficit a proportione eius quod suam virtutem excedit. Et ideo cognitio proprii defectus pertinet ad humilitatem sicut regula quaedam directiva appetitus. Sed in ipso appetitu consistit humilitas essentialiter. Et ideo dicendum est quod humilitas proprie est moderativa motus appetitus.

Ad primum ergo dicendum quod extollentia oculorum est quoddam signum superbiae, in quantum excludit reverentiam et timorem. Consueverunt enim timentes et verecundati maxime oculos deprimere, quasi non audentes se aliis comparare. Non autem ex hoc sequitur quod humilitas essentialiter circa cognitionem consistat.

Ad secundum dicendum quod tendere in aliqua maiora ex propriarum virium confidentia, humilitati contrariatur. Sed quod aliquid ex confidentia divini auxilii in maiora tendat, hoc non est contra humilitatem: praesertim cum ex hoc aliquis magis apud Deum (Mt. 23,12) exaltetur quod ei se magis per humilitatem subicit. Unde Augustinus dicit, in libro "De poenit." (ib.): "Aliud est levare se ad Deum: aliud est levare se contra Deum. Qui ante illum se proicit, ab illo erigitur: qui adversus illum se erigit, ab illo proicitur".

Ad tertium dicendum quod in fortitudine invenitur eadem ratio refrenandi audaciam et firmandi animum contra timorem: utriusque enim ratio est ex hoc quod homo debet bonum rationis periculis mortis praestare. Sed in refrenando praesumptionem spei, quod pertinet ad humilitatem, et in firmando animum contra desperationem, quod pertinet ad magnanimitatem, est alia et alia ratio. Nam ratio firmandi animum contra desperationem est adeptio proprii boni: ne scilicet, desperando, homo se indignum reddat bono quod sibi competeat. Sed in reprimendo praesumptionem spei, ratio praecipua sumitur ex reverentia divina, ex qua contingit ut homo non plus sibi attribuat quam sibi competeat secundum gradum quem est a Deo sortitus. Unde humilitas praecipue videtur importare subiectionem hominis ad Deum. Et propter hoc Augustinus, in libro "De serm. Dom. in monte" ¹², humilitatem, quam intelligit per paupertatem spiritus, attribuit dono timoris, quo homo Deum reveretur. Et inde est quod fortitudo aliter se habet ad audaciam quam humilitas ad spem. Nam fortitudo plus utitur audacia quam eam reprimat: unde superabundantia est ei similior quam defectus. Humilitas autem plus reprimit spem vel fiduciam de seipso quam ea utatur: unde magis opponitur sibi superabundantia quam defectus.

¹² L.I c.4: ML 34,1234.

2. Aspirar a bienes mayores confiando en las propias fuerzas es acto contrario a la humildad; pero el aspirar a ellas confiando en el auxilio divino no va contra la humildad, ya que tanto más cerca estamos de Dios cuanto más nos hundimos en la humildad. Por eso escribió San Agustín: "Una cosa es elevarse hacia Dios y otra levantarse contra El. Quien se prosterna ante El, siente la mano que le levanta; quien se ensoberbece, siente el peso que le deprime".

3. En la fortaleza es una misma la razón que da fuerza contra el temor y refrena la audacia, pues en ambos casos existe el mismo motivo: anteponer el bien de la inteligencia a los peligros de muerte. Pero refrenar la presunción de la esperanza, como hace la humildad, y dar ánimo contra la desesperación—cosa que pertenece a la magnanimidad—son dos consideraciones muy diversas. Dando firmeza al espíritu contra la desesperación, conseguimos nuestro propio bien, evitando el que por ella nos hagamos indignos del bien que nos correspondía. En cambio, para reprimir la presunción de la esperanza, hay que fijarse en la reverencia debida a Dios, a fin de no traspasar el grado de bondad que El nos ha señalado como propio nuestro. Se ve, pues, que la humildad dice especial relación a Dios; relación que San Agustín, bajo el nombre de pobreza de espíritu, atribuye al don de temor, por el cual reverenciamos a Dios. Por tanto, la proporción de fortaleza a audacia no es igual que la de humildad a esperanza, ya que la fortaleza, más bien que reprimir, utiliza la audacia, viniendo a ser más semejante a ella el exceso que el defecto; en cambio, el humilde, más bien que utilizarla, reprime la esperanza y confianza en sí mismo, y, por tanto, más bien se opone a ella la sobreabundancia que el defecto.

4. La sobreabundancia en gastos de ostentación suele sobrevenir a causa de la jactancia, que la humildad reprime. Y en este sentido, secundariamente, la humildad se ocupa de los bienes externos como signos del apetito interior.

Ad quartum dicendum quod superabundantia in exterioribus sumptibus et praeparationibus solet ad quandam lactantiam fieri, quae per humilitatem reprimitur. Et quantum ad hoc, secundario consistit in exterioribus, prout sunt signa interioris appetitivi motus.

ARTICULO 3

Utrum homo debeat se omnibus per humilitatem subiicere^a

Si el hombre debe someterse a todos por humildad

Dificultades. Parece que el hombre, por humildad, no debe someterse a todos.

1. Como humildad consiste fundamentalmente en la sujeción del hombre a Dios—culto de latría, que no hay que tributarlo a los hombres—, síguese que el hombre, por humildad, no debe someterse a los otros hombres.

2. "La humildad hay que colocarla, dice San Agustín, de parte de la verdad, no de parte de la falsedad". Pero hay hombres que, estando colocados en grado muy alto, no pueden someterse a otros sin incurrir en falsedad. Luego la humildad no nos manda someternos a todos.

3. Nadie puede obrar en detrimento de la salud del prójimo. Pero, si nos sometemos a otros por humildad, podemos dar ocasión de que éste se ensoberbezca o de que desprecie al que así se somete, como advirtió San Agustín: "No suceda que, por excesiva humildad, se pierda la autoridad en el gobierno". Luego la humildad no nos manda someternos a todos los demás.

Ad tertium sic proceditur. Videtur quod homo non debeat se omnibus per humilitatem subiicere.

1. Quia, sicut dictum est (a.2 ad 3), humilitas praecipue consistit in subiectione hominis ad Deum. Sed id quod debetur Deo, non est homini exhibendum: ut patet in omnibus actibus latría. Ergo homo per humilitatem non debet se homini subiicere.

2. Praeterea, Augustinus dicit, in libro "De nat. et gratia": "Humilitas collocanda est in parte veritatis, non in parte falsitatis". Sed aliqui sunt in supremo statu: qui si se inferioribus subiicerent, absque falsitate hoc fieri non posset. Ergo homo non debet se omnibus per humilitatem subiicere.

3. Praeterea, nullus debet facere id quod vergat in detrimentum salutis alterius. Sed si aliquis per humilitatem se alteri subiiciat, quandoque hoc vergat in detrimentum illius cui se subiicit, qui ex hoc superbiret vel contemneret: unde Augustinus dicit, in "Regula": "Ne, dum nimium servatur humilitas, regendi frangatur auctoritas". Ergo homo non debet se per humilitatem omnibus subiicere.

Sed contra est quod dicitur Phil. 2,3: "In humilitate superiores sibi invicem arbitrantur".

Respondeo dicendum quod in homine duo possunt considerari: scilicet id quod est Dei, et id quod est hominis. Hominis autem est quicquid pertinet ad defectum, sed Dei est quicquid pertinet ad salutem et perfectionem: secundum illud Osee 13,9: "Perditio tua, Israel: ex me tantum auxilium tuum". Humilitas autem, sicut dictum est (a.1 ad 5; a.2 ad 3), proprie respicit reverentiam qua homo Deo subiicitur. Et ideo quilibet homo, secundum id quod suum est, debet se cuilibet proximo subiicere quantum ad id quod est Dei in ipso.

Non autem hoc requirit humilitas, ut aliquis id quod est Dei in seipso, subiiciat ei quod apparet esse Dei in altero. Nam illi qui dona Dei participant, cognoscunt se ea habere: secundum illud I ad Cor. 2,12: "Ut sciamus quae a Deo donata sunt nobis". Et ideo absque praeiudicio humilitatis possunt dona quae ipsi acceperunt, praeferre donis Dei quae aliis apparent collata: sicut Apostolus, ad Eph. 3,5, dicit: "Aliis generationibus non est agnatum filiis hominum, sicut nunc revelatum est sanctis Apostolis eius".

Similiter etiam non hoc requirit humilitas, ut aliquis id quod est suum in seipso, subiiciat ei quod est hominis in proximo. Alloquin, oporteret ut quilibet reputaret se magis peccatorem quilibet alio: cum tamen Apostolus absque praeiudicio humilitatis dicat, Gal. 2,15: "Nos natura Iudaei, et non ex gentibus peccatores".

Potest tamen aliquis reputare aliquid boni esse in proximo quod ipse non habet, vel aliquid mali in se esse quod in alio non est: ex quo potest ei se subiicere per humilitatem.

Ad primum ergo dicendum quod non solum debemus Deum reve-

Por otra parte, enseña San Pablo que "la humildad nos hace considerar a los demás como superiores a nosotros".

Respuesta. En el hombre hay que considerar dos cosas: lo que es de Dios y lo que es del hombre. Es propio del hombre todo lo defectuoso: de Dios, todo lo que pertenezca al orden de la salvación y perfección, como atestigua Oseas: "Tu perdición es obra tuya, Israel. Tu fuerza soy yo". Pues bien, dado que la humildad se ocupa preferentemente de la reverencia debida a Dios como súbditos, todo hombre, considerado en lo que es propio suyo, debe someterse a los demás en lo que éstos tienen de Dios.

La humildad no exige que lo que en nosotros existe de Dios se someta a lo que en los demás descubrimos también de Dios, ya que quien participa un don de Dios sabe que lo posee, según acredita San Pablo: "Sepamos qué dones hemos recibido de Dios". No es falta de humildad preferir los dones recibidos por nosotros a los dones recibidos por los demás, como enseña San Pablo: "A otras generaciones no fué revelado el misterio como ahora a los apóstoles".

Igualmente, no se exige por la humildad que sometamos lo que hay en nosotros como propio nuestro a lo que en los demás existe como suyo propio. En caso contrario, tendríamos que considerarse todo hombre más pecador que los demás, siendo así que el mismo San Pablo, sin faltas a la humildad, escribe: "Somos judíos por naturaleza, no pecadores de entre los gentiles".

Cabe, no obstante, pensar que los demás poseen mayor bondad que nosotros o que nosotros poseemos más defectos, y—en virtud de esa superioridad—humillarnos ante ellos.

Soluciones. 1. A Dios tenemos que venerar no sólo en sí mismo, sino

^a Supra q.129 a.3 ad 4; infra a.6 ad 1; In Phil. 2 lect.3.

¹³ C.34: ML 44,265.

¹⁴ Ep.211: ML 33,964.

en todas sus participaciones, aunque no de la misma forma en que veneramos a El. Por la humildad debemos someternos a todos nuestros prójimos en reverencia de Dios, como aconseja San Pedro: "Someteos todos a los hombres por Dios". Claro está que el culto de latria se reserva sólo para El.

2. Si anteponeamos lo que hay de Dios en los demás a lo que hay en nosotros como propio nuestro, no incurrimos en falsedad. Por eso la Glosa, comentando las palabras de San Pablo: "Juzgando a los demás superiores a nosotros", dice así: "No debemos entender estas palabras con fingimiento; pensemos sinceramente que puede existir en los demás algo oculto por lo que sea superior a nosotros, aunque el bien que nos hace superiores a ellos no sea oculto".

3. La humildad, como las restantes virtudes, existe principalmente en la interioridad del alma. En virtud de esto, cabe muy bien someterse interiormente a otro sin hacerle daño alguno espiritual. También lo advirtió San Agustín en estas palabras: "Por el temor de Dios, el prelado debe estar a vuestros pies". Pero en los actos externos de humildad, como en los actos de las demás virtudes, hay que guardar la debida moderación, a fin de no causar daño espiritual al prójimo. Y si, haciendo el bien como debemos, nuestros prójimos pecan, esta falta no se imputa al humilde, ya que no trata de escandalizar, aunque el otro se escandalice.

reri in seipso. sed etiam id quod est eius debemus revereri in quolibet: non tamen eodem modo reverentiae quo reveremur Deum. Et ideo per humilitatem debemus nos subilicere omnibus proximis propter Deum, secundum illud I Petr. 2,13: "Subiecti estote omni humanae creaturae propter Deum": latratriam tamen soli Deo debemus exhibere.

Ad secundum dicendum quod, si nos praeferamus id quod est Dei in proximo, ei quod est proprium in nobis, non possumus incurrere falsitatem. Unde super illud Phil. 2,3, "Superiores invicem arbitantes", dicit Glosa¹⁵: "Non hoc ita debemus aestimare ut nos aestimare fingamus: sed vere aestimemus posse aliquid esse occultum in alio quo nobis superior sit, etiam si bonum nostrum, quo illo videmur superiores esse, non sit occultum".

Ad tertium dicendum quod humilitas, sicut et ceterae virtutes, praecipue interius in anima consistit. Et ideo potest homo secundum interiorem actum animae alteri se subilicere, sine hoc quod occasionem habeat alicuius quod pertineat ad detrimentum suae salutis. Et hoc est quod Augustinus dicit, in "Regula" (l.c. nt.14): "Timore coram Deo praelatus substratus sit pedibus vestris". Sed in exterioribus humilitatis actibus, sicut et in actibus ceterarum virtutum, est debita moderatio adhibenda, ne possint vergeri in detrimentum alterius. Si autem aliquis quod debet faciat, et alii ex hoc occasionem sumant peccati, non imputatur humiliter agenti: quia ille non scandalizat, quamvis alter scandalizetur.

¹⁵ LOMBARDI: ML 192.232; AUGUST., Octog. trium quaest. q.71; ML 40,82.

ARTICULO 4

Utrum humilitas sit pars modestiae vel temperantiae

Si la humildad forma parte de la modestia o templanza

Ad quartum sic proceditur. Videtur quod humilitas non sit pars modestiae vel temperantiae.

1. Humilitas enim praecipue respicit reverentiam qua quis subilicetur Deo, ut dictum est (a. 3). Sed ad virtutem theologiam pertinet quod habeat Deum pro objecto. Ergo humilitas magis debet poni virtus theologica quam pars temperantiae seu modestiae.

2. Praeterea, temperantia est in concupiscibili. Humilitas autem videtur esse in irascibili: sicut et superbia, quae ei opponitur, cuius obiectum est arduum. Ergo videtur quod humilitas non sit pars temperantiae vel modestiae.

3. Praeterea, humilitas et magnanimitas circa eadem sunt, ut ex supra dictis patet (a.1 ad 3). Sed magnanimitas non ponitur pars temperantiae, sed magis fortitudinis, ut supra habitum est (q.129 a.5). Ergo videtur quod humilitas non sit pars temperantiae vel modestiae.

Sed contra est quod Origenes dicit, "Super Lc." (l.c. nt.4): "Si vis nomen huius audire virtutis, quomodo etiam a philosophis appellatur, ausculta eandem esse humilitatem quam respicit Deus, quae ab illis metriotes dicitur". Id est mensuratio sive moderatio: quae manifeste pertinet ad modestiam et temperantiam. Ergo humilitas est pars modestiae et temperantiae.

Respondeo dicendum quod, sicut supra dictum est, in assignando partes virtutibus praecipue attenditur similitudo quantum ad modum virtutis. Modus autem temperantiae, ex quo maxime laudem habet, est refrenatio

Dificultades. Parece que la humildad no es parte de la modestia o templanza.

1. Es propio de la humildad reverenciar a Dios. Como las virtudes que tienen a Dios por objeto se llaman virtudes teológicas, síguese que la humildad debe contarse más bien como virtud teológica que como parte de la modestia o templanza.

2. La templanza radica en el apetito concupiscible, mientras que la humildad parece pertenecer al irascible, lo mismo que la soberbia—su vicio opuesto—, que tiene por materia un objeto arduo. Luego la humildad no forma parte de la modestia o templanza.

